Cax. 0r1ª
9.

GVLIEL.

BENEDICTI I. C. CLARISSIMI REPETITIO IN CAP.

Raynutius, extrà de Teſtamentis.

Cui nunc recèns ſub finem tertiæ partis ſubiectæ eſt Continuatio eiuſdem repetit. à verb. Cuius bona, ad finem vſque, authore STEPHANO RANCHINO, *Iurium publico profeſſore in Academia Montiſpeſſulani.*

Omnia maiore quàm fieri potuit diligentia mendis & erroribus purgata.

LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Vincentium.
CIƆ. IƆ. LXXXII.
Cum Priuilegio Regis.

IVRIS CANDIDATO, S.

STudiorum potiſsimam partem, emendationem eſſe ſcriptum reliquit M.Fabius. quo adducti, cùm Gulielmi Benedicti in cap. Raynutius, de Teſtament. in antiq. Repetitionem non ſolùm Iuriſconſultis, ſed & pragmaticis pernecesſariam animaduerteremus, exactius, quàm antea recognitam excudendam. Iuris vtriuſque capita perperam citata, innumera interpretum loca deprauata reponenda curauimus. Tu intereà boni conſulas, velim. Vale. Kal. Ianuariis, 1582.

SECTIONES QVÆ IN HAC PRIMA PARTE EXPLICANTVR.

Proœmium.		*Teſtamentum.iiij.*	167
Raynutius de Clera.	*fol.*1	*Alterochaſilia puberi vltra dotem.*	171
Dum habens filias.	6	*Dotem, quam ei dederat.*	172
Matrem inſuper Cleram.	37	*Domum.*	178
Et vxorem nomine Adelaſiam.	42	*Et hortum.*	181
In extremis poſitus.	134	*In eodem teſtamento relinquens.j.*	183
Condidit.j.	138	*In eodem teſtamento relinquens.ij.*	209
Condidit.ij.	144	*Adiecta impuberi.*	215
Teſtamentum.j.	147	*Reliquit.*	223
Teſtamentum.ij.	157	*Cætera bona.*	229
Teſtamentum. iij.	161		

Aduerte, Lector, nonnullas additiones ipſiuſmet authoris, quæ antehac margines explebant, abſque vlla ſententiæ interruptione in ſtudioſorum commoditatem materiæ insertas, quas ſemicirculis incluſas reperies, appoſito in margine hoc ſigno,

AD MAXIMVM AC PRÆSTANTISSIMVM CÆSAREI ET PONTIFICII IVRIVM PROFESSOREM ET COMITEM ACADEMIAE

Caturcen. famigeratiſsimæ Doctorem regentem, ſuis temporibus omnium acutiſsimum, ac Tholoſanum ſenatorem ſuum cumprimis metuendiſsimum dominum, dom. Gul. Benedictum Claudij Feydeau Fromentei Pariſienſis iurium baccalaureorum eidem academiæ lectitantium minimi, artium licentiati, collegijq; de Ruthena & de valle antiquiſsimi (à fundatoris archiepiſcopi Neap. ex Caturcia oriundi nomine ſic nuncupati, cuius nomen fuit Bernardi de Ruthena) collegiati (quod quidem collegium idem Gul. ſingulari ſemper proſequebatur amicitia, atq; noſtrorum omnium collegiatorum protectiua)

Epiſtola.

SI hac noſtra ætate Cynæas, Pyrrhi regis legatus ſingularem habens memoriam, qui ſenatum Romanum conſtare retulit ex regibus, renaſceretur, ac curiam Tholoſanam, quam Galli parlamentum vocant (Sic enim publicum ad iuſtitiam miniſtrandam conuentum Franci nominant. quaſi parium lamentum: quia parium Franciæ, qui ſunt de numero ipſius querelas & planctus audiunt: de quo mentionem facit Paul. de Caſt. conſ. 334. contemplaretur, proculdubio affirmaret, non regium, ſed diuinum illud eſſe conſiſtorium. Etenim quid ſunt aliud ſenatores Tholoſani, quàm humanum numen, quàm ſydus terrenum, & religionis ſacroſanctum ſalligium? cùm Chriſti Ieſu Redemptoris noſtri vices teneant in terris. vt colligitur in auth. vt hi qui oblig. ſe hab. perhib. res min. in prin. col. 6. firmatur ex. in auth. de inſtr. caut. & fid. ea. col. §. quis igitur. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. l. j. ff. de iuſt. & iur. in quorum numerum vocari paucis mortalium conceſſum eſt. In quorum tamen ordine tu (& meritò) profeſſor maximè diebus tuis conſcriptus es. Priùs tamen annis plurimis locum ſimilem in ſenatu Bardegalen. ſagaciter, rectè, & decenter ita adminiſtraueras, vt lachrymis, prece, amicitia, ira, odio flecti minimè poſſes. Quamobrem magis diuinus, quàm humanus contemplabatur

Cynæas ſingular. fuit memoria.
quid parlamentũ.
Conſiſto. Toloſan. et Senat. laudes.
Caturc. academ. Toloſan. antiq.
Add. Indicẽ quatisi moueat.

CVM GVLIELMVS BENEDICTI HAS REPETITIONES PER SECTIONES commodè diuiſerit, Iuriſprudentiæ ſtudioſis vtiliſsimum fore putauimus cuique ſectioni ſuas ſummas præponere: etenim faciliùs ad quancunque velint materiam, conducentur.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ C. Raynutius de Clera.

Filius an à matre cognominari poſſit, & in quibus ſequatur patris conditionem.

2 *Filius ſequitur vitium patris quo ad originale peccatum.*
3 *Nobilitas non ex genere materno, ſed ex paterno procedit.*
4 *Filius ſequitur patrem quo ad curialem conditionem.*
5 *Indoctus non poteſt alium facere doctum.*
6 *Magiſtri quales eligi debeant.*
7 *Principi bene regnanti quatuor ſunt neceſſaria.*
8 *Iuuenes debent cum ſapientibus ſenioribus conuerſari.*
9 *Carolus magnus Francorum rex, quos habuit magiſtros.*
10 *Pariſienſis ſcholæ initium.*
11 *Carolus magnus eloquentiæ fuit ſtudioſus, et linguarum pe-*
12 *Raynutius quare ſit à matre denominatus. (ritus.*
13 *Relictum filio Titij, non cenſetur relictum contemplatione patris.*
14 *Priuilegium vel conſuetudo, quòd filius à patre denominetur, an valeat.*
15 *Priuilegium, quod filius ſequatur conditionem matris, valet, ſi fuerit toti communitati conceſſum, ſecus ſi priuatæ perſonæ.*
16 *Filius in quibus caſibus denominatur à matre, et illius conditionem ſequitur.*
17 *Ignorantia facti facit matrimonium valere, et filios eſſe le-*
18 *Baptiſmus quando tollitur ius patriæ poteſtatis. (gitimos.*
19 *Filius ſemper ſequitur conditionem matris, quo ad libertatem, & ſeruitutem.*
20 *Martyrium matris pro fide Chriſti filio prodeſt in vtero exiſtenti, ſed non martyrium patris.*
21 *Baſtardi conditionem matris ſequuntur.*
22 *Appellatione filiorum non veniunt baſtardi.*
23 *Baſtardorum conditio in quibus caſibus eſt deterior quàm legitimorum.*
24 *Feudum eſt beneficium, et honor non cadens in baſtardum.*
25 *Patris plebeij præſtat eſſe filium legitimum, quàm illegitimum nobilis. (rabiles.*
26 *Nobilium quatuor ſunt mores laudabiles, & duo vitupe-*
27 *Baſtardi quamuis legitimati, infames ſunt, turpeſque perſonæ, ideo doctorari non poſſunt, nec eſſe conſiliarij principum, nec tabelliones.*
28 *Frater poteſt teſtamentum fratris querelare, ſi ſpurius aliquis in eo ſit institutus.*
29 *Legitimatio ſimplex extenditur ad dignitates alteri non præiudiciales.*
30 *Baſtardi in iis, quæ dignitatis ſunt, aut nobilitatis, pro nihilo ſicut ſerui, reputantur.*
31 *Baſtardus an portare poſſit arma ſui generis, & ſedere in menſa cum legitimè natis.*
32 *Filij popularium legitimi præferuntur baſtardis nobilium.*
33 *Baſtardi non dicuntur eſſe de genere, aut domo, aut familia paterna.*
34 *Baſtardi tutores non habent legitimos nec teſtamentarios, nec habent inter ſe querelam inofficioſi teſtamenti.*
35 *Baſtardi arma domus plana quare non poſſunt portare.*
36 *Baſtardus non dicitur coniuncta perſona.*
37 *Baſtardo non debetur legitima, nec contra patris teſtamentum agere poteſt.*
38 *Statutum non poteſt habilitare ſpurios ad ſuccedendum.*
39 *Filius legitimè natus ex baſtardo dici non poteſt nobilis.*
40 *Priuilegium alicui & filiis eius conceſſum, non extenditur ad baſtardos.*
41 *Filiorum appellatione, vbi agitur de commodo, aut honore, non veniunt naturales.*
42 *Legitimitas hominis eſt decorus titulus.*
43 *Filiorum appellatione veniunt baſtardi, vbi agitur de onere, & incommodo.*
44 *Nomen paternum quis aliquando iuſtè dimittit.*
45 *Nomen teſtatoris quando quis teneatur aſſumere, & ſuum omittere.*
46 *Conditio portandi arma, et nomen, primogenituram inducit.*
47 *Nomen teſtatoris poteſt hæres dupliciter aſſumere. & 48.*
49 *Nomen domus ſuæ relinquere, & alienam adſumere, eſt graue vitium.*
50 *Donatio alicui facta, vt nomen donatoris portet, non eſt propriè donatio, quia eſt oneroſa.*
51 *Nomen teſtatoris turpe non tenetur hæres adſumere, nec ſuo adiicere.*
52 *Turpia nomina in malam partem ſæpe ſonant, et ſiniſtram inducunt ſuſpicionem.*
53 *Nomen bonum habere quiſque curare debet.*
54 *Malum nomen habentes ſunt ſæpe mali.*
55 *Nomen bonum eſt probitatis indicium.*
56 *Carolus Martellus vnde ſumpſit nomen.*
57 *Nomen alterius an quis ſibi imponere poſſit illo non conſentiente.*
58 *Nomen aliquod præoccupans poteſt alteri prohibere eius nominis aſſumptionem.*
59 *Signo aliquo, aut ſigillo vtens, poteſt alios à ſimili poſteà prohibere.*
60 *Officium ſuum quando tendit in bonum publicum, impertiri poteſt iudex etiam non requiſitus.*
61 *Meretrices prohiberi poſſunt ab vſu veſtium honeſtarum*
62 *Meretrices publicè non permittit & 63. (mulierum.*
64 *Iudæi, & meretrices quare ſignum portant, vt ab aliis diſcernantur.*

¶ Raynutius de Clera.

1 TEſtator iſte à matre denominabatur. † Hoc enim nomen *de Clera*, maternum nomen fuit: & ſic à matre filius nomen ſumere poteſt, vt hîc: licet filius de iure à patre, & non à matre ſit denominandus, vt fuit I. cod. cap. Raynaldus. quia filius familiam ſequitur & agnationem patris, & non

REPETITIONIS CAP. RAYNVTIVS, EXTRA DE TESTAMENT.

PARS SECVNDA,

Authore Guliel. Benedicto I.C. Clariſsimo.

Particulas in hac parte declaratas proxima ſequens pagina indicat.

Omnia maiore quàm fieri potuit diligentia mendis & erroribus purgata.

LVGDVNI,

Apud Bartholomæum Vincentium.

CIↃ. IↃ. LXXXII.

Cum Priuilegio Regis.

Arbor hæc, Lector beneuole, ſi exactè eam perlegeris, omnigenarum Subſtitutionum cognitionem tibi adaperiet.



REPETITIONIS CAP. RAYNVTIVS, EXTRA DE TESTAMENT.

PARS TERTIA,

Authore Guliel. Benedicto I.C. Clariſsimo.

Cui nunc recèns ſubiecta eſt Continuatio eiuſdem repetit. à verb. Cuius bona, &c. ad finem vſque, authore STEPHANO RANCHINO, Iurium in Academia Montiſpeſſulani publico profeſſore.

Particulas in hac parte declaratas proxima ſequens pagina indicat.

Omnia maiore quàm fieri potuit diligentia mendis & erroribus purgata.

LVGDVNI,

Apud Bartholomæum Vincentium.

CIↃ. IↃ. LXXXII.

Cum Priuilegio Regis.

GVLIELMI BENEDICTI PONTIFICII, ET CIVILIS IVRIS, DOCTORIS FAMOSISSIMI, TOLOSANIQVE SENATORIS CLARISSIMI,

repetitionis Capituli Raynutius pars tertia, quæ quidem antehac nondum excuſa, nunc iam abſolutiſſimis typis mandata eſt.

SVMMAE SECTIONIS.

Quæ filium ex eo ſuſcipiens.

1 *Filius mariti præſumitur qui domi natus eſt.*
2 *Filius concubinarij quomodo quis probetur.*
3 *Generandi potentia in quouis præſumitur.*
4 *Generare infirmus poteſt, etiam ea nocte qua moritur.*
5 *Digeſtio cibi trina.*
6 *Fœlicitas vera in quibus conſiſtat.*
7 *Teſticulum vnum habens generare poteſt.*
8 *Filius non tenetur credere parentibus ipſum ſpurium aſſerentibus.*
9 *Præſumptio iuris & de iure nullam in contrariũ admittit probationem, niſi per confeſſionem.*
10 *Filiatio extra domum quomodo probetur.*
11 *Filius præſumitur qui ita à parentibus nominatur, vel vt talis tractatur.*
12 *Filiatio à parentibus ſemel agnita non poteſt reuocari.*
13 *Filius quomodo intelligatur eo quòd vt talis tractetur.*
14 *Filiatio quibus alijs probetur, & nu. 15.*
16 *Similitudo formæ an filiationem probet.*
17 *Filij quare aliquando non ſimiles parentibus.*
18 *Alexandri figura ex planetis.*
19 *Monſtra vnde, & quid ſignificent.*
20 *Portenta quare dicantur, & nu. 21.*
22 *Sagittarij cuiuſdam Amazonum portentoſa effigies.*
23 *Centaurorum monſtra.*
24 *Scythæ vnde ſumpſerint nomen.*
25 *Mynotauri generatio.*
26 *Labyrinthi duplicis hiſtoria, & nu. 27.*
28 *Portenta alia ratione dicta.*
29 *Filij an cenſeantur portenta omnino diſſimiles.*
30 *Occidens monſtruoſum eſt homicida.*
31 *Monſtrorum varia genera.*
32 *Monſtruoſæ vbique gentes ab Adamo ducẽre originẽ.*
33 *Antipodas eſſe negauit Auguſtinus.*
34 *Faunorum & ſatyrorum natura.*
35 *Monſtrorum generationis cauſæ, & nu. 36.*
37 *Anima quid, & quomodo infundatur.*
38 *Fœmina à fœditate dicta.*
39 *Menſtrua muliebria varia.*
40 *Monſtra aliquando naſci ob peccata parentum.*
41 *Matrix mulieris habet receptacula ſeptem.*
42 *Hermaphroditorum generationis cauſa.*
43 *Monſtrum intelligitur eſſe duo homines ſi ſint duo corda, non ſi ſint duo capita.*
44 *Saturnini martyrium Toloſæ.*
45 *Bernardi de Roſergio Archiepiſcopi Toloſani vita beata.*
46 *Gallia ſola monſtrorum ſemper neſcia.*
47 *Similitudo fœtus ad patrem vel matrẽ quare maior vel minor.*
48 *Auis quare magis fœtus aliquando ſimilis.*
49 *Similitudinis filiorum ad parentes non eſſe certam legem.*
50 *Fama ſola an filiationem probet.*
51 *Partus ſemper præſumatur in meliorem partem.*
52 *Filius cuius duorum ſit maritorum quomodo iudicetur.*
53 *Filius non poteſt duobus patribus tribui.*

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM, AC SENTENTIARVM

IN TRIBVS TOMIS REPETITIONIS CAPIT. RAYNVTIVS. EXTRA DE TESTAM. A GVLIELMO Benedicto Iuriſconſulto clariſſimo editæ contentarum, ordine alphabetur ita digeſtus, vt cuiuis facile ſit reperire, quicquid *in illis* ipſis Commentariis deſiderauerit.

LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Vincentium.
CIↃ. IↃ. LXXXII.
Cum Priuilegio Regis.